



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Andreæ Vallensis Vvlgo Del Vavlx Andanensis, I. V. D. Et  
In Alma Academia Lovaniensi SS. Canonum Professoris  
Ordinarii, Paratitla Ivris Canonici Sive Decretalivm D.  
Gregorii Papæ IX. Svmmaria Ac ...**

**Delvaux, André**

**Coloniæ Agrippinæ, 1686**

6. In quibus caussis sit locus juramento suppletorio probationis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62177](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62177)

Actoris propedeat, tum actori potius, in supplementum probationis, deferendum erit, ut communiter tradunt. DD, in d. l. *Admonendi D. ad. & in d. cap. fin. niu*, ut loquuntur, persona rei si legalior, aut actor putetur veritatem ignorare. Verius autem videtur ex d. e. *fin. d. l. Admonendi & l. In bona fidei 3. Cod. eod* necesse non esse exigi hoc juramentum a litigatoribus, ut Judex illud deferre possit, quia dicitur iis locis, solere Judices in causis dubiis, ob probationum inopiam, juraturandum deferre, & secundum eum, qui juravit, pronuntiare.

## §. VI.

In quibus causis locus sit juramento suppletorio probationis.

1. In causis omnibus locum habet.
2. Exceptis arduis & criminalibus criminaliter intentatis.
3. Notamen etiam in his deferri potest.
4. Quam delatione eiusdem consideranda.

§. Ed queritur, in quibus causis locum habeat hoc juramentum suppletorium probationis Respondetur ex l. 3. §. 1. *D. h. e. habere locum*, quacumque actione quis conveniatur, sive in personam, sive in rem, sive in factum, sive personalia actione vel quavis alia, sive etiam de interdicto. Unde in *l. in bona fidei 3. Cod. eod* dicitur. In bonæ fidei contractibus, nec non in ceteris causis, inopia probationum, per Judicem iurejurando causâ cognita res decidi oportere: in civilibus scilicet causis, iisque non arduis, nec gravioribus: aut in criminalibus, criminaliter intentatis.

2. Nam cum in arduis & criminalibus causis, criminaliter intentatis, probationes debeant esse justæ, & quidem in criminalibus luce meridiana clariores, *l. ult. Cod. De probat.* locus huic juramento esse non potest, secundum communem opinionem in d. l. 3. *& d. l. Admonendi*; colligiturque ex d. l. 3. illis verbis, *Actione personalis*: nam ubi agitur criminaliter, dicitur potius accusatio, quam actio, *l. De crimine Cod. Ad Leg. Cornel. de falsis*. Atque ita illa *d. l. In bona fidei* verba & etiam in ceteris, de civilibus causis accipienda sunt.

3. Ex parte rei tamen in criminalibus indifferenter, sive civiliter sive criminaliter inten-

tatis ad suam innocentiam purgandam, possidem deferri huiusmodi juramentum, verius videtur, arg. d. e. *fin. hoc tit. ibi*, *Præsumptio verò faciente pro illo reo deferri potest, ad ostendendam suam innocentiam.*

4. Cæterum quoad delationem huius juramenti quatuor potissimum in causâ cognitionem, venire debent, conditio personarum, natura causæ, quantitas rerum, & qualitas factorum: nam regulariter in causis magnis & arduis non deferretur, nisi plusquam semiplenè probatum sit, qualis est causâ matrimonii.

## §. VII.

De vi & effectu Juramenti assertorii.

1. Causa iurejurando decisa non retractatur per nova instrumenta.
2. Prætextu juramenti necessarii iudex decidere causam potest.
3. Quo tamen casu retractatur sententia per nova instrumenta.
4. Ex juramento datur actori in factum actio, & reo exceptio.
5. Idque delato vel relato juramento.
6. Velotiam remisso ab adversario.
7. Causa debitis expressa etiam utilis ex contractu actio datur.

¶ Quod ad vim & effectum attingit Juramenti assertorii; Voluntarii quidem & Judicialis in primis ea est vis, quod causâ iurejurando decisa non retractetur per instrumenta, postea de novo reperta, nisi specialiter hoc lege excipiatur, *l. 1. Cod. hoc tit. & similibus*: aut nisi litigatorum consensu, occasione instrumentorum de novo reperorum, efficiatur, ut alia sententia feratur, per quam prior, quæ in rem transivit judicatam, rescindatur, arg. *l. 1. Cod. quando provocare non est necesse*. Ratio est, quia tunc res & controversia potius tacitâ litigatorum transactione (quæ regulariter non rescinditur per instrumenta de novo reperta, *l. Sub prætextu 19. Cod. De transact.*) decisa videtur, propter mutuum consensum, quam sententia, *l. 1. & fin. D. hoc tit.*

2. Necessarii vero iurejurandivis & effectus est, quod ejus prætextu iudex valeat confessam causam decidere, & sententiam definiti-

D d

viam